

Solemnis
renovatio
Consecrationis
Fraternitatis
Sacerdotalis
Sancti Petri ad
Immaculatum
Cor Mariæ



DIE 2 USQUE AD DIEM 10 MENSIS FEBRUARII

Novena ad praeparandum consecrationis actum

POST DECADEM ROSARII DICITUR:

Memoráre, o piíssima Virgo María, non esse audítum a sáculo, quemquam ad tua curréntem præsidia, tua implorántem auxília, tua peténtem suffrágia, esse derelíctum. Ego, tali animátus confidéntia, ad te, Virgo vírginum Mater curro, ad te vénio, coram te gemens peccátor assísto. Noli, Mater Verbi, verba mea despícere, sed audi, propítia, et exáudi. Amen.

**DIE 11 MENSIS FEBRUARII
FESTUM APPARITIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS**

Actus Consecrationis Fraternitatis Sacerdotalis Sancti Petri ad Immaculatum Cor Mariae

SACERDÓTES ET SEMINARÍSTAE FRATERNITÁTIS ET CHRISTIFIDELES LAICI:

O Virgo sanctíssima, Mater Dei atque auxílium Christianórum, respice nos, Sacerdótes et Seminarístas Fraternitatis Sacerdotális Sancti Petri proclívos ad pedes tuos

ac totam spem et fidúciam in te ponéntes, iunctos cum ómnibus, qui famíliae nostrae spirituáli adháerent.

Tu es Regína atque Mater ómnium sacerdótum, per quam Iesus, Summus Póntifex simul et víctima, in mundum intrávit, quam et ipse nobis Matrem dedit.

Súpplices te rogámus, ut pro nobis, infántibus tuis, intercédere dignérís, quos sub Cruce recepísti atque accepisti. Benígne résponce hoc opus, quod ad glóriam Dei et salútem animárum effícere desideramus. Per tuam intercessiónem exóra nobis illas gratias, quibus nos ut membra Ecclésiae únicae, sanctae, cathólicae atque apostólicae indigémus. Utí gubernáti et formáti per magistérium Ecclésiae, zelo permanénti possímus Sacraménta eius conférre atque in fidelitaté indefectíbili erga Vicárium Fílii tui remanére.

SACERDÓTES ET SEMINARÍSTAE FRATERNITÁTIS:

Bene cóncii debilitátis própriae et ódii, quo mundus ópera lucis perséquitur, hódie Fraternitátem nostram sacerdotálem Immaculáto Cordi tuo offerimus, peténtes, ut nos sub patrocínium tuum suscípere dignérís. Hodie et pro semper te elígimus Advocátam et Regínam nostram. Omnia, quod sumus ac habémus, et omnes, qui ministerium nostrum sacerdotale ímpetrant, protectíoni tuae amábili damus.

Tibi atque Cordi tuo Immaculáto nos commendámus et consecrámus. Adiuva nos in certámine ad propágandum regnum Fílii tui. Qui se a veritáte elongavérunt, íterum testimónium Ecclésiae ádiant. Qui ab ea seperavérunt, in gremium eius rédeant. Peccatores in gratia dénuo recreantur, et sacramenta respuéntes ea novo desiderio suscipiantur.

Virgo puríssima, una cum sancto Petro et cum Angelis et Sanctis ora pro nobis in hoc árduo témpore. Diléctio atque protéctio tua sit semper super Fraternitátem nostram, ut fidéliter Evangélium divíni Fílii tui annuntiáre et Sacraménta magis magísque animábus conférre possímus. Per tuam intercessiónem obitíneas nos perseveránter usque ad finem grátiam divínam conserváre, ut demum tecum uníti, o Mater amábilis, in domum Patris simusreditúri. Amen.